

DE NON CONTEMNENDA ECCLESIA
DEI ET SANCTIS MYSTERIIS.

PAUCI nobis hodie adsunt ; qua de causa ? memoriam
martyrum celebramus , & nemo venit obviam. *Exordium
ex loci &
temporis cir-
cumstantia.* At
viæ spacium in ignaviam eos coniecit. Imo verò non
spacium , sed ignavia eos impedivit , ut sedulum animoq;
erectum nulla res impedire potest. Martyres proprium
sanguinem fuderunt pro veritate : & tu ne brevis quidem
viæ spacium contemnere potes. Illi caput propter Chri-
stum projecerunt : tu verò ne parvo quidem spacio viæ
accurrere vis propter Dominum. Dominus propter te
mortuus est , & tu propter ipsum cunctaris. Memoria est
Martyrum , & tu desides , & decumbis. Par est te adesse,
videreq; Diabolum vinci , & Martyrem vincere, Domi-
numq; glorificari , & Ecclesiam coronari. At peccator
sum , inquis , nec possum accurrere. *Attentio &
propositio
adhortatio-
nis.* Quia peccator es ,
accurre , ut fias justus. *Occupatio.* Quis verò hominum est absque
peccato ? dic mihi : an ignoras , quod & ipsi , qui ad altare
assistunt , peccatis sint affixi ? Carne enim sunt circumdati ,
& corpore implicati , nosq; ipsi , qui in folio sedemus , &
docemus , peccatis implicati sumus. *Ab exem-
plo Sacerdo-
tum.* Sed non diffidimus
Dei benignitati , neq; immanitatem illi assignamus. *Anthypo-
phora.* Ob
id enim etiam ipsos Sacerdotes affectui servire curavit
Deus , ut ex malis , quæ illis accidunt , etiam aliis veniam
dent. *Causa fina-
lis infirmita-
tis Sacerdo-
tum.* QUANTA igitur hæc dementia & temeritas erit ? Si
Citharædus , aut Saltator , aut alius quispiam ejusmodi
hominum nos vocet , studiose omnes currimus , & gra-
tiam illi , quod vocavit , habemus , & diei totius di-
midium consumimus ad illum solum attendentes. *Compara-
tio.* Cum
verò Deus per Prophetas & Apostolos nobiscum differit ,
oscitamus , & cunctamur , & quasi singultientes hæremus ,
Et quidem in circo , cum nullum impositum est tectum ,

A 2

quod